vix ferre possum. Accepi hodie literas ex anglia. Sed quia archiepiscopus ignorauit. an ad me perventurae essent. et alioqui nuncius illi suspectus fuit. nullum aliud habent argumentum. quam sese admirari. quod non in Angliam recta nauigauerim. cum ipse et posset. et vellet in me esse liberalissimus. rex pius. insula fortunata. ecclesia reformata. et hujusmodi multa me monere debuerunt. Sed fortuna mea obstitit. Bene vale. et si quid scribes. genero meo. vel romingo trades. nisi alia certior detur occasio. Datum konigsperg. 5 Junii 1549

A. Osiander.